



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

VI. Markgraf Johann vereignet das Marien-Hospital, bei Oderberg in dem Dorfe Bardin gelegen, dem Kloster Mariensee, am 2. September 1258.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

patres Otto, Brandenburgensis, et Hermannus, Caminensis ecclesiarum Episcopi, Jacobus, prepositus de Zpandowe, Frater Conradus, prouincialis fratrum ordinis minorum, Frater Hermannus, Custos fratrum minorum de Brandeborch, Magister Albertus de Snetlinge, Custos ecclesie Stendalensis, Henricus de Osterren, plebanus de Berge, Henricus, pincerna de Zpandowe, holf, aduocatus de Zpandowe, Albero, Marscalcus de Stolp, Gerrardus de Valkenberch, Henricus de Thenis, Aduocatus de Bizdal, et alii quam plures. Datum Zpandowe, per manum Heidenrici, curie nostre Notarii, anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>., Indictione prima, Concurrente primo, Epacta XIII, quarto Nonas Septembris.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives. Mit mehreren Auslassungen bei Gerden Cod. II, 400.

VI. Markgraf Johann verzeignet das Marien-Hospital, bei Oderberg in dem Dorfe Bardin gelegen, dem Kloster Mariensee, am 2. September 1258.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Johannel, dei gratia Marchio Brandenburgensis, omnibus in perpetuum. Cum ab ordinatore Deo sit omnis potestas ordinata, et nos, qui potentatu fungimur temporali, simus ipsius ministri in cohercionem prauorum et in quietem et pacem Deo famulantium; Ad hoc ergo ex officio tenemur, ut contra molientes injurias nos murum opponamus et nos metipsi concessisse nobis potestatis terminos maxime contra loca sancta seu personas religionis nullatenus excedamus, immo ipsorum juri insistendo sollertius insistamus. Ea propter uniuersis tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod nos Hospitale sancte Marie virginis, quod situm est prope Oderberg in loco, qui dicitur Bardin, cujus predia et possessiones actenus a suis prouisoribus in non utiles ac minus proficuos inibi degentium pauperum usus deuenere, de consensu nostri Germani, Marchionis Ottonis, simul et heredum nostrorum, cum omnibus possessionibus, quas tam nostri progenitores quam et nos et ceteri Cristi fideles ipsi Hospitali in sustentationem pauperum languentium et peregrinorum contulerunt, tradidimus dilectis fratribus Itagni sancte Marie virginis, Ordinis Cisterciensis, cum prediis, decimis, vineis et ceteris usibus, quos ipsum Hospitale ab antiquis temporibus noscitur habuisse, titulo proprietatis perpetuo possidendum, quatenus infirmis ibidem decumbentibus valeant deuotius prouidere. Vt autem hanc nostram donationem nemo in posterum valeat infirmare, presentem paginam sigilli nostri appensione et testium subscriptione duximus roborandam. Testes autem donationis sunt hii Jacobus, prepositus Dominarum in Spandowe, Magister Gerbertus, Magister Albertus, Canonicus et Custos Steindalensis, Frater Thomas, Predicator de Struceberg, Henricus, pincerna in Spandoue, Arnoldus de Bredowe, Holf, Aduocatus, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>., IV Non. Septembris. Datum in Spandoue, per manum Notarii nostri Heidenrici.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerden's Cod. II, 398.